



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-590119-p0001-2

DFG



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-590119-p0002-7

DFG

Σὺν Θεῷ. 1618, 17 19
DE
E M P T I O N E
V E N D I T I O N E
DISPUTATIO,


Q V A M

Authoritate & permisu Nobilissimi ac Amplissimi
J Ctorum Ordinis in Celeber. ac Illustri Salanā,

P R A E S I D E
Dn. EMMERICO Pfefferfort
CRUCISB: TYRIGETA,

Amicæ examinationi subjicit
LAURENTIUS HELMSTORFFIUS,
MULHUSIO-THURINGUS.


Ad diem 30. julii, horis 5 loco destinatis.



f E N A E

Ex OFFICINA T Y P O G R A P H . JOHANNIS
BEITHMANNI,

A N N O c i o l o c x v i i i



V I R I S

*Nobilitatis laude conspicuis, Magnificis,
Ampliss. Consultiss. multarumq; rerum longo
ac diutuno usu experientissimis,*

Dn. JUSTO von Helmstorff J.U.D.
& Comiti Palatino, nec non Reverendiss. ac
Potentiss. Electoris Moguntinensis Consiliario
intimo, & Scabinatus, qui est Erfordiæ,
Assessori laudatissimo;

Dn. CHRISTOPHORO KUNEMUN-
DO, Liberæ ac Imperialis Mülhusinæ civitatis
Consuli meritissimo, & JCto celeberrimo,

Dn. CHRISTIANO OHEMIO J.U.D.
& ejusdem civitatis Mülhusinæ
Senatori dignissimo,


*Mecænatibus, Favitoribus, Amicis,
& Cognatis suis omni observantie
cultu suspiciendis,*

Hoc exercitium Juridicum

*In debitæ observantie & incepti
studii testimonium*

D. D. & O.

Laurentius Helmstorffius, Reß.



THESIS I.

EMPTIO - VENDITIO A EST CONTRACTUS
B EX CONSENSU C DE RE CERTO PRECIO
HABENDA D.

a) Qui contractus unus est, arg. eorum, quæ tradit Treutl. 1. disp. 29. tb. 1. lit. a.
in fin. unde rectè distinguitur inter consi-

derationem emptionis - venditionis correlativam, & rerum
atque personarum, quæ in se distinctæ sunt & subiecto dif-
ferunt. Qui enim rem tradit, venditor; qui precium dat,
emptor dicitur, licet nō negetur emendi verbum poni inter-
dum pro vendendi l. un. C. si serv. extr. seemi mand. l. 7. §. 4. ff.
pro empt. & contra verbum vendendi pro emendi l. 34. ff. de
contrab. empt. quemadmodum etiam nomina actionum em-
pti & venditi inter se confunduntur, ut in l. Julianus. 13. §. si
Procurator. in fin. ff. de act. empt. l. sed hoc 26. ff. de evict. l. in
conventione. C. de pact. Robert. 1. animad. 8. Vult. 1. f. R. 35. n. 5.
Diff. Cujac. 9. obs. 15. Emptio - venditio v. ad ll. 12. tabb. re-
lata, omnem alienationem earum rerum, quæ sunt in com-
mercio, complectitur l. 29. §. 1. ff. de stat. lib. non quidem vi
ac proprietate sua, arg. l. 1. ff. de contrab. empt. l. 1. §. ult. l. 7.
§. 1. ff. de pact. l. 1. in pr. ff. de rer. perm. sed vel ob intentio-
nem legislatorum, qui sæpè solebant præcipuam aliquam
speciem ponere, ut in reliquis speciebus, in quibus diversi-
tatis ratio nulla appareret, idem jus esse subindicarent, Bron-
chorst. 2. aff. 61. vel ideo, quod olim omnis alienatio per ima-
ginariam venditionem, quæ per æs & libram fiebat, celebra-
retur, §. 6. ibid. Theoph. Inst. quib. mod. patr. pot. solv. §. sed
ut 1. Inst. de testam. ord. Treutler. 1. disp. 28. tb. 1. lit. b. Mejer. ad
tit. ff. de contrab. empt. tb. 2. b) jurisgentium l. 1. in fin ff. d. tit.

A 2

l. juris-

*l. jurisgentium. 7. in pr. ff. de pact. nominatus d. l. jurisgentium.
7. §. 7. l. 3. & trib. seqq. ff. de contrab. empt. bonæ fidei l. 1. l. 3. ff.
cod. arg. §. actionum. 28. Inst. de actionib. Wesenb. in Parat. ff. de
contrab. empt. n. 2. c) Quia in emptione-venditione non desi-
deratur rei interventus, in pr. Inst. de empt. & vend. Utcunq;
enim merx tradita non est, nec precium numeratum, si ta-
men utrinque conventum est, nascitur statim obligatio, &
alter alteri obligatur naturaliter & civiliter, primum vendi-
tor, ut rem venditam tradat emptori, deinde emptor, ut nu-
meret venditori precium, Myns. ad d. pr. nu. 6. d) l. 2. §. sine
precio. 1. ff. de contrab. empt. l. 8. ff. de pericul. & commod. rei.
vend. l. 8. ff. de evict. Vult. 1. J. R. 35.*

THEISIS III.

*Causa efficiens remota emptionis - venditionis
est jusgentium a: proxima consensus sive voluntas
emendi & vendendi b eorum, qui emere & ven-
dere possunt c.*

*a) l. 1. §. est autem 2. ff. de contrab. empt. l. 5. ff. de J. & J.
l. 7. in pr. & §. 1. ff. de pact. §. sed jus. 2. Inst. de jur. nat. gent. &
civ. Origo siquidem ejus à permutatione, in specie sic dicta,
cœpit. Olim enim non ita erat nummus, neque aliud merx
aliud precium vocabatur, sed unusquisque secundum ne-
cessitatem temporum ac rerum utilibus inutilia permutabat:
Verùm quia nec semper, nec facile concurrebat, hoc est, usu-
veniebat, ut cum tu haberet, quod ego desiderarem, mihi
invicem præstò esset, quod tu accipere velles, neque res hinc
inde extarent æqualis precii & proportionis, sine quâ æqua-
litate rerum permutatio constitui nequit, necessum fuit in-
veniri medium, quod vice rerum esset, & quædam quasi men-
sura & ponderatio, quæ pro varietate posset & augeri & mi-
nui, Aristot. 1. Polit. 6. & 5. Ethic. 5. Electa est igitur materia,
cujus publica ac perpetua æstimatio difficultatibus permu-
tationum æqualitate quantitatis subveniret, ea que materia,
formâ publicâ percussa, usum dominiumque non tam ex
substantia,*

substantia, hoc est materia, quām ex quantitate, hoc est, affi-
matione quantitatis & forma p̄beret, nec ultra merx utrum-
que, sed alterum premium vocaretur l. i. in pr. & ibi Wesenb.
in Parat. n. 3. ff. de contrah. empt. b) l. i. §. 2. l. 9. ff. eod. in princ.
Inst. de empt. & vend. t. t. Inst. de oblig. ex consens. Myns. ad d. pr.
Inst. de empt. & vend. nu. 7. c) ubi sciendum, cum emptio-
venditio sit ex genere permissorum, omnibus eam contra-
here licere, nisi expressè reperiantur prohibiti, arg. l. 28. §. 2.
ff. ex quib. caus. major. l. 43. §. 1. ff. de procurat. l. i. §. 1. ff. de te-
stib. Mejer. ad tit. ff. de contrah. empt. tb. 7. vel natura, ut in-
fans, furiosus, & similes l. 2. C. d. t. l. 2. §. 16 ff. pro empt. l. 40.
ff. de R. f. vel lege, ut pater & filius l. 2. ff. de contrah. empt. nisi
in castrensi peculio, ubi filius fam. pro patrefam. habetur,
d. l. 2. & ibi Gothofr. in not. l. 2. ff. de SCto Macedon. & in ad-
ventitio, cuius usus fr. patri non acqiritur, l. ult. §. 5. vers. fi-
lius autem. C. de bon. quæ lib. tutor & pupillus l. 34. §. fin. ff. de
contrah. empt. nisi juxta l. 5. C. eod. l. 5. §. 2. & 4. ff. de auctor. tu-
tor. medicus & ægrotus tempore morbi l. 3. ff. de extraord. co-
gnit. l. 9. C. de profess. & medic. Treut. i. disp. 28. tb. 3.

THEISIS III.

Merx a sunt omnes res, quæ in commercio ho-
minum existunt b, non tantū corporales, sed &
incorporales c, etiam universales d, futuræ e, alie-
næ f, & quidem unà cum suis accessionibus g, ita
ut transferatur in emptorem causa dominii & ca-
cua possessio h.

a) Mercis vocab. duobus modis accipitur, angustè pro
re duntaxat mobili l. mercis 66. ff. de V.S. exclusis etiam man-
cipiis l. 207. ff. cod. & latè pro re quacunque venali, ut in l. i. in
pr. ff. de contrah. empt. l. i. in pr. ff. de rer. permut. Gadd. ad d. l.
mercis 66. nu. 4. & 5. b) l. si in emtione 34. §. omnium. i. ff. de
contrah. empt. l. ult. C. de reb. alien. non alienand. Nam quæ ex-
tra commercium sunt, easum nulla venditio, ut sunt res fa-

cræ, religiosæ, publicæ, liber homo, l. 6. in pr. l. 22. l. 24. l. 34.
§. 2. l. 51. l. 70. ff. de contrah. empt. arg. §. nullius. 7. Inst. de rer.
div. l. 1. in pr. l. 6. §. 2. ff. eo. nisi ab ignorantem emantur, quo ca-
su in hōc duntaxat valet harum rerum venditio, ut habeat
actionem deceptus emptor l. 4. l. 34. §. 2. l. 70. l. qui officii 62.
ff. de contrah. empt. Wesenbec. in Parat. ff. eod. num. 7. c) Ut
nomina & actiones, etiam invitis & ignorantibus debitori-
bus, l. 3. C. de hered. vel action. vendit. sive realis sive perso-
nalnis actio sit l. fin. C. eod. sive purè sive sub conditione de-
beatur, l. 17. ff. eod. modò fiat ante litis contestationem, cum
rei litigiosæ nulla sit venditio, l. 2. l. fin. auth. litigiosa. & auth.
nunc si heres. C. de litigios. gl. in c. sèpè extr. de restit. Myns. 1. obs.
55. & debitor certus sit, et si non locuples l. 1. C. de novat. l. si
nomen. 4. ff. de hered. vel act. vend. Wesenb. in Parat. ff. eod. n. 6.
Treutl. l. dis. 28. th. 4. lit. b. d) ut hereditates l. 1. & passim ff.
de hered. vel act. vend. & factâ traditione earum dominium
cum omnibus commodis & incommodis transit, l. 2. §. 9 ff.
eod. l. 6. C. eod. modò defunctus sit is, cuius fuit, cum viven-
tis nulla intelligatur hereditas l. 1. ff. d. t. & ibi Wesenb. in
Parat. numer. 2. Utrum autem in hereditate vendita ea
quantitas spectetur, quæ fuit mortis tempore, an ea, quæ
fuit, cum hereditas adiretur, an ea, quæ fuit, cum here-
ditas venundaretur, quæstionis est? Verius est hoc esse ser-
vandum, quod actum est. Plerunque autem hoc agi vide-
tur, ut, quod ex hereditate pervenit, in id tempus, quo ven-
ditio fit, id videatur venisse, l. 2. §. 1. ff. de hered. vel act. vend.
e) ut fructus & animalium fœtus l. 8. in pr. l. 78. §. ult. l. 80.
§. 2. ff. de contrah. empt. Spes quoque & qs. alea instar rei cu-
jusdam emi-vendi potest, quod fit in emptione captus pi-
scium, avium, missilium, quibus casibus, etiam si nihil in-
terciderit, subsistit emptio l. 8. §. 1. ff. eod. l. 11. §. ult. l. si jactum
12. ff. de act. empt. l. 7. l. 11. ff. de hered. vel act. vend. Wesenb. in
Parat. ff. de contrah. empt. Mejer. ad d. tit. th. 67. in fin. f) l. 28.
ff. eod. l. 11. §. 2. ff. de act. empt. quia venditor non necesse ha-
bet rem emptoris facere, l. 25. ff. de contrah. empt. Vult. 1. J. R.
35. nu. 27. Et hoc verum est quoad firmitatem contractus &
præjudicium vendentis, ut non aliter obligetur exempto, ac
si suam rem vendidisset, arg. l. si fundum. C. de evict. ratione
autem

autem repetitionis differt sciens emptor reitalis ab ignorante, cum hic re evictâ interesse suum à venditore consequatur, l. 6. C. de contrah. empt. ille nisi subsecuta sit evictionis stipulatio, ne quidem premium repetere possit, l. 28. & ibi gl. C. de evict. arg. l. 13. ff. de jur. dot. & per ea, quæ tradit Schon. i. disput. feud. 9. tb. 97. & 98. g) l. 13. §. fin. ff. de aet. empt. l. 67. l. 73. l. 76. ff. de contrah. empt. Unde venditô castrô etiam jurisdictio loco cohærens vendita censetur, Bart. in l. 29. ff. de acquir. rer. dom. Menoch. 3. præsumpt. 57. Treutl. i. disput. 28. tb. 4. lit. f. h) l. 25. l. pen. §. fin. ff. de contrah. empt. & quidem ad vacuam possessionem tradendam necessariò venditorem teneri, licet se non adstrinxerit, verius est l. 2. §. 1. l. 3. §. 2. ff. de aet. empt. Myns. i. obs. 53. Wesenb. in Parat. ff. de contrah. empt. num. 13. Dn. Riemer. 10. qq. jurid. 10.

THE S I S IV.

Emi tamen nequeunt res sua a, res litigiosa b,
feudum c, emphyteusis d & similes e: aliud est in
emptione reddituorum annuorum non usuraria f.

a) l. et si 15. in fin. cum l. seq. ff. de contrah. empt. l. ei. 21. ff.
de usucap. quia quod alicujus est, amplius ejus fieri nequit
§. sed si 10. Institut. de legat. §. sic itaque Institut. de actionibus,
nisi cum possessio aut jus aliquod, quod alteri competit,
emitur l. si in emptione 34. §. pen. ff. de contrah. empt. l. si aliquam
28. ff. de adquir. poss. aut sub conditione fiat l. existimo. 61. ff.
de contrah. empt. Wesenb. in Parat. ff. d. 1. nu. 7. in fin. b) nec
refert, ignorantis vendatur vel scienti l. i. in pr. & passim. ff. de
litig. l. 2. l. ult. C. eod. l. i. §. ult. ff. quæ res pign. vel hypothec. l. 13.
ff. fam. hercisc. l. i. C. com. div. observato tamen hoc discrimi-
ne, ut sciens non tantum ad redhibitionem rei compella-
tur, sed etiam precio privetur, quod venditor cum alia tan-
ta quantitate fisco inferre cogitur d. l. ult. in pr. C. de litig.
Ignorans v. premium cum alia tertia parte à venditore reci-
piat, d. l. ult. §. i. Mejer. ad t. ff. de contrah. empt. tb. 78. c) Nam
Vassallus hoc feudo privatur, c. un. in pr. Wesenb. habito ergo
consi-

consilio. de prohib. feud. alien. per Frider. 2. f. 55. Borch. tr. feud.
cap. 8. nu. 35. Mynsing. 6. obs. 30. Schon. 1. disp. feud. 9. thes. 61.
lit. d. quod tamen intelligunt traditione lecuta verè vel qs.
licet Vatallus in continenti id recuperet, Zas. p. 10. feud. nu. 8.
Schon. 1. disp. feud. 10. tb. 53. d) l. 3. C. de jur. emphyt. Treutl. 1.
disp. 29. tb. 13. lit. e. e) Ut res Ecclesiasticæ l. jubemus 14. C. de
SS. Eccles. res immobiles dotaes, pr. Inst. quib. alien. licet l.
un. §. 15. C. de rei uxor. act. Nov. 61. c. 1. §. 3. in fin. Prædia mi-
norum suburbana & rustica, aliaque res, quæ servando ser-
vari possunt, l. 22. C. de administr. tut. l. 1. in pr. ff. de reb. eorum,
qui sub tut. l. 10. Et t. t. C. de præd. minor. nisi modo à legibus
præscripto vendantur, Treutl. 1. disp. 28. tb. 5. lit. e. Sic jure
Sax. bona avita non possunt vendi, nisi prius proximis agna-
tis offerantur, iisque emere recusarint, Fuchs. diff. 5. in fin.
Reinhard. p. 1. diff. 1. Coler. dec. 15. quod hodie tantum ad de-
scendentes restringit Nov. Elect. Sax. 31. p. 2. Dn. Foman. disp.
Justin. 22. tb. 8. lit. b. In genere autem verum est, quoties jus
retractus competit, justum precium, imò tantum, quantum
alius non fraudulenter offert, solvendum esse, Nov. Elector.
Saxon. 33. p. 2. Schon. 1. disp. feud. 9. tb. 106. Rober. disput. Just. 17.
tb. 2. & hoc jure intra annum quem uti oportere, Nov. Elect.
Sax. 32. p. 2. quô effluxo tacita quædam juris remissio induci-
tur, adeò ut moræ purgatio non admittatur, per text. in l. fin.
ff. de decret. ab ord. fac. Nam regulariter, quandò à lege vel
statuto certum tempus præfigitur, non admittitur moræ pur-
gatio, quia terminus legis est peremptorius, text. in c. pia. de
except. in 6. Geil. 2. obs. 19. n. 11. Myns. 3. obs. 51. Vult. 1. f. 11. n. 108.
f) Sive in pecunia sive in frumento, Nov. 160. c. 1. Recess. Imp.
de anno 1530. Et 1548. tit. von wucherlichen Contracten Tiraq.
de retract. lign. §. 1. gl. 6. nu. 15. Et seqq. Covarr. 3. var. resol. 7.
Geil. 2. obs. 5. n. 10. item 2. obs. 7. cum 2. seqq. Forster. 1. disp. Ju-
stin. 18. tb. 7. Mejer. ad tit. ff. de contrah. empt. Diff. Hotom. 2.
obs. 15. Salic. in auth. ad hæc. C. de usucap.

THE SIS . V.

Premium in re alia quam nummo sive pecunia
a nume-

a numerata consistere non potest b, idque certum
esse oportet c.

a) Pecuniae usus in emptione venditione propterea est
commodior, quia omnes species rerum unam tantum ha-
bent aestimationem ex substantia sua: Verum pecunia varias
habet aestimationes per gradus minutissimos, non respecta
substantiam metalli, sed publica auctoritate, quae certam mo-
netae quantitatem determinat, eamque sic dividit, ut ex facili
omnium reliquarum rerum aestimationem pecunia possis
aequare, Oldendorp. class. 4. act. 1. p. 381. b) §. item. 2. Inst. de
empt. & vend. l. 1. §. 1. in fin. ff. de contrah. empt. unde res pro re
data precium non est, atque id si fiat, non est contractus em-
ptionis venditionis, sed permutatio aut alias contractus in-
nominatus do ut des, l. 1. ff. eod. l. 1. ff. de rer. perm. l. natu-
ralis. ff. de prescript. verb. Vult. 1. J. R. 35. nu. 37. Quod autem
hic dicitur, precium in pecunia numerata consistere debere,
ita accipi debet, ut precium in pecunia numerata determi-
netur, in solutione siquidem benè potest res solvi pro pecu-
nia, volente tamen venditore, non autem eo invito l. precii
C. de resc. vend. fac. l. 2. §. 1. ff. de reb. credit. Schneid. ad §. item
precium. 2. n. 1. Utrum autem res, quam meo nomine aliena
pecunia comparavi, mea sit, non sine ratione ambigunt Interpp.? Meam esse verius est l. 1. l. 8. & t. t. C. si quis alteri vel
sibi. Rober. diff. Justin. 17. th. 1. c) §. sed & certum. Inst. de empt.
& vend. l. 1. l. 6. ff. de reb. cred. Precium vero certum est, si in
conventione exprimatur, quantum sit & esse debeat, vel si
non quidem illud ipsum exprimatur, fiat tamen relatio ad
id, ex quo certum esse possit, utputa si venditor dicat, se tanti
vendere, quantum est in arca l. hæc venditio. 7. §. hujusmodi. l.
si quis fundum. 37. ff. de contrah. empt. Vult. 1. J. R. 35. num. 37.
Dn. Ortolph. Foman. diff. Justin. 22. th. 8. lit. c. Mejer. ad tit. ff.
de contrah. empt. th. 20. Diff. gl. add. l. venditio. 7. Precio au-
tem, ejusq; quantitate in arbitrium alterius collata, nihil
actum intelligitur, si is precium definire nolit aut non pos-
sit, §. sed & 1. Inst. de empt. & vend. multò vero minus em-
ptio venditio valet, quæ in arbitrium emptoris collata, utpu-

B ta si

ta si volueris, rem tibi emptam habeto l. 35. in pr. ff. d. t. Dn.
Hillig. in Don. enucl. lib. 13. c. 1. lit. R. Gomez. 2. var. resol. 2. n. 19.
quia comparandi conditione in ementis vel vendentis vo-
luntate collatâ nulla obligatio est l. 13. C. de contrab. empt. &
in arbitrium reiconferri non debet, ut sit obstrictus l. 7. in
pr. l. 34. §. 6. ff. d. t. l. 46. §. ult. ff. de V. O. Ab utroque igitur
contrahentium, ut emptio venditio valeat, resdesignanda
& precium certum constituendum, Vult. 1. f. R. 35. num. 40.
Non verò in precio requiritur, ut sit justum reique emptæ
æquivalens, cum venditio sit, quolibet etiam precio acceden-
te l. 16. ff. de R. f. unde etiam in precio emptionis licet con-
trahentibus naturaliter se circumvenire, l. item. 22. §. fin. ff.
locat. Hic enim animus est omnium vili emere, carè ven-
dere, quod ipsum confirmat l. si voluntate. C. de resc. vend.
Oldend. class. 4. act. 1. p. 387. Dn. Arum. exerc. Justin. 14. tb. 5.
Deceptionem autem, circumventionem & alia id genus non
intelligi hic oportet pro fraudulentio venditoris consilio, φ
vehementer damnatur, & si interveniat, reddit contractum
bonæ fidei nullum l. si dolo. C. de resc. vend. Verùm exaudiri
debet deceptio, quæ reipsa contingit, & incuria contrahen-
tium. Dn. Arum. exerc. Justin. 14. tb. 5. si tamen ultra dimidium
justi pretii alteruter contrahentium decept⁹ fuit, rescinditur
emptio venditio l. 2. C. de resc. vend. Rober. disp. Justin. 17. co-
roll. 1. Dn. Arum. exerc. Justin. 14. tb. 18. Treutl. 2. disp. 2. tb. 9. lit. d.
Disp. Cujac. 16. obs. 18. item 23. obs. 32. Menoch. arb. jud. cent. 1.
cas. 88. nu. 61. in fin.

THE S I S VI.

*Consensus utrinque debet esse in præsens dire-
ctus a, liber b, verus nec simulatus c, perspicuus
d, & quidem tam in ipsa specie, quam in materia
rei, in emptionem venditionem principaliter dedu-
ctæ e, non æquè in accidentibus f.*

a) Non in futurum, quia sola promissio de contractu
emptionis;

emptionis venditionis adhuc ineundo & celebrando emptionem venditionem non facit, sed ista vel in nudi pacti terminis subsistit, neque jure civ. ullius est effectus, vel si stipulationem habeat, contractum ab emptione venditione diversum facit, cuius effectus sit, non ut resttradatur, preciumq; solvatur, sed ut contractus emptionis venditionis, qui nondum est, fiat & ineatur, aut certe is, qui ex stipulatione teneatur, si contractum inire nolit, id quod interest alterius praestet, *Vult. i. f. R. 35. nn. 46.* b) *l. invitum. C. de contrah. empt.*
l. nec emere. C. de jur. delib. unde si quis vi vel dolo inducatur, ut emat vel vendat, emptio venditio nulla est, *l. i. C. de resc.*
vend. l. si fraude. C. de prescript. long. temp. arg. l. i. ff. quod metus
caus. Dn. Arum. exerc. Justin. 14. tb. 6. Potest tamen, ut quis vendat, cogi vel invitus in testamento, *l. et si 66. ff. de legat.* i.
vel ratione communionis, *l. Julianus 13. §. idem Celsus. ff. de*
aet. empt. Vel si Respub. aut civitas aliqua prematur annonæ inopiâ, *l. i. §. cura carnis. ff. de offic. praefect. urb. Bart.* & alii Interpp. in *l. i. C. de Episc. aud. Panorm.* & cateri Canonistæ in *c. i.*
extr. de empt. & vend. Myns. 5. obs. 27. Vel ob sævitiam domini in servos *§. fin. Inst. de his, qui sunt sui vel alien.* *l. 2. ff. eod.* vel favore quodam speciali rei abalienatæ, *l. 2. C. de patrib.* qui fil. distr. Mejer. ad tit. ff. de contrah. empt. tb. 32. qui casus omnes ita exaudiendi sunt, ut justo precio distrahantur, *l. fin. C. de*
annon. Treut. i. disp. 28. tb. 3. lit. d. c) l. 55. ff. de contrah. empt.
l. 16. ff. de R. f. d) alias obscurus si sit, emptio venditio quidem valet, sed interpretatio fit contra eum, in cuius potestate fuit, legem contractui apertius dicere, *l. veterib. 39. ff. de*
pact. atque ita ferè contra venditorem *l. 21. l. 33. ff. de contrah.*
empt. nonnunquam etiam contra emptorem, *l. 34. ff. eodem.*
Treut. l. i. disp. 28. tb. 7. lit. d. e) l. 9. l. 11. ff. d. t. unde si error in corpore sit, utputa si ego me fundum Cornelianum emer- putem, tu Tuſculanum te vendere, emptio nulla est, *l. in ven-*
ditionibus 9. in pr. ff. d. t. idem dicendum, si dissensus & error sit in substantia seu materia rei, utputa si æs pro auro ve- neat, plumbum pro argento d. *l. in venditionib. 9. §. inde qua-*
ritur. 2. Cum autem in materia quidem erratur, sed non omnimodò, emptio venditio valet, puta si quid vendatur,

inauratum pro solidō aureo l. 14. ff. de contrah. empt. quam
reclē cum l. 41. in fin. ff. eod. conciliat Cujac. 2. obs. 4. f) utputa
quando erratur in nomine vel qualitate rei, de corpore verò
constet d. l. in venditionib. g. §. 1. l. 11. §. 5. ff. de act. empt. l. 35.
§. 1. & seq. ff. de legat. 3. tenetur tamen hoc casu venditor,
quanti interest emptoris, se deceptum non esse l. si sterilis. 21.
§. quamvis ff. de act. empt.

THEISIS VII.

Porrò contrahitur emptio venditio inter praesentes & absentes a, cum scriptura vel sine ea b,
pure vel sub conditione c, & solent ei apponi varia
pacta d, ex quibus frequentissima sunt additio in
diem e, lex commissoria f & pactum de retroven-
dendo g.

a) Sufficit enim si vel per nuncium aut literas suum de-
clarent contrahentes consensum l. 1. §. ult. ff. de contrah. empt.
l. ult. C. si quis alt. vel sibi t. t. Inst. de oblig. ex consens. l. 2. §. 2. ff.
de O. & A. b) l. 2. ff. de contrah. empt. l. contractus. C. de fid. in-
strum. in pr. Inst. de empt. & vend. In scriptis autem celebratur
emptio, quando inter partes in principio actum est, ut inde
fieret scriptura, sive hoc additum sit, ut aliter contractus non
valeat, sive non, dummodò appareat de mente contrahen-
tium, quod noluerint obligari, priusquam scriptura perfice-
retur, Schneid. ad pr. Inst. d. t. n. 4. Et venditionis instrumen-
tum precii quantitate non expressâ nihil probat, nisi in cer-
tis quibusdam casibus, quos refert Geil. 2. obs. 13. Treut. 1. diff.
28. tb. 6. in fin. An verò vendens fundum cum juribus & perti-
nentiis, etiam authentica instrumenta ad fundum pertinen-
tia simul vendidisse censeatur, dubitant Interpretes? Aff.
Placet, cum instrumenta apud eum esse debeant, ad quem
pertinent, l. si quis §. pertinere ff. de edend. Nihil autem inter-
est hic venditoris, qui omne jus suum vendidit, retinere in-
strumenta fundi: è contrario verò emptoris interest, authen-
tica

tica penes ipsum esse, ut habeat probationem originis fundi,
quo sc. pacto is ad autorem presentis possessoris pervenerit,
l. instrumenta in fin. & ibi Satis. C. de fideic. Coler. dec. 224. c) §.
pen. Inst. de empt. & vend. l. hac & in pr. ff. de contrah. empt. non
legibus improbata l. in emptione. 34. §. 1. ff. eod. quæ contra-
etum suspendit, donec existat d. l. & qua existente venditio
ad tempus contractus retrotrahitur, *l. necessario. ff. de perie.*
& com. Wes. in Parat. ff. de contrah. empt. n. 10. Myns. ad §. em-
ptio. n. 2. Inst. de empt. & vend. d) de quib. t. t. C. de paet. in-
ter empt. Mejer. ad tit. ff. de contrah. empt. th. 51. & aliquot seqq.
e) Quæ nihil aliud est, quam traditio sive collocatio rei pe-
nies emptorem hac lege, ut si quis intra certum diem melio-
rem conditionem attulerit, liceat venditori rem alii ex po-
steriori venditione addicere *l. 7. l. 10. l. 11. in pr. l. 14. §. 1. &*
duob. seqq. l. 19. ff. diem addicet. Dn. Hillig. in Don. enucl. lib. 16.
c. 18. lit. a. Fit a. additio vel pure, vel conditionaliter. Pure
hoc modo: fundus iste centum esto tibi emptus, sed ita ut
meliora intra calendas proximas allata conditione ab emptione
discedatur, & tunc statim nascitur empti actio, quoniam
fructus, accessiones, & periculum rei venditæ pertinent ad
emptorem. Conditionaliter autem ita sit: hæc emptio sit
contra, si non melior conditio afferatur intra Calendas
proximas, quo casu actio empti non antea competit, quæ
constet elapsio die meliorem conditionem cessare. Interim
autem res cum fructibus & periculo spectat ad venditorem
l. 1. & l. seq. ff. de in diem addicet. Oldend. class. 4. act. 1. pag. 389.
Melior conditio afferri videtur, si vel precio sit additum, vel
solutio facilior aut maturior, vel quid utilius venditori of-
feratur, *l. 4. §. fin. cum ll. seqq. ff. eod. Altbus. 1. J. R. 32. Wes.*
in parat. ff. de in diem addicet. nu. 4. Priusquam vero venditor
secundo emptori meliorem conditionem offerenti rem ad-
dicat, emptorem primum de eo certiores facere necesse ha-
bet, ut si quid alias adjecit, ipse quoque si velit, plus adjice-
re possit, *l. 7. l. 8. ff. d. t. fac. l. 35. §. ult. l. 66. §. 1. ff. de contrah.*
empt. l. 1. §. 1. ff. de act. empt. l. 1. §. 1. ff. de adilit. edict. Mejer.
ad tit. ff. de in diem addicet. th. 15. f) quæ est, ut nisi intra cer-
tum diem premium exsolvatur, & venditor rem venisse nolit,

res inempta fiat, l. 4. §. fin. l. 2. l. 3. ff. de leg. commiss. quo casu
sit restitutio rei venditæ cum perceptis fructibus & accesso-
riis d. l. 2. & d. l. 4. Albus. i. f. R. 32. nisi emptor justas causas
probare possit, quibus impeditus sit inexplicanda ad diem
solutione, Wesenb. in par. ff. de leg. commiss. circ. pr. Commissa
autem pactio in potestate venditoris est legem commissa-
riam exercere vel precium petere, d. l. 4. & d. l. 3. Cujac. 16.
obs. 21. cum in ejus commodum & favorem hæc pactio intro-
ducta sit d. l. 2. d. l. 3. cui renunciare potest l. pen. ff. de pact.
altera tamen viâ electâ amplius variare nequit d. l. 4. §. elegan-
tia. l. pen. ff. de lege commiss. quia electione jus quæritur em-
ptori, quod variatione venditoris interverti illi nequit l. apud
Aufidum. ff. de opt. leg. Wesenb. d. loc. circ. med. Oldend. class. 4.
act. i. p. 386. g) Quando res ita distrahitur, ut oblatô quan-
docunque vel intra certa tempora preciō res restituatur l. 2.
C. de pact. inter empt. Oldend. d. loc. p. 385. Quamdiu verò
emptori precium non offertur, fructus ad emptorem perti-
nent, nec ante oblationem eosdem restituere tenetur, Myns.
6. obs. 50. & fructus tempore revenditionis pendentes inter
emptorem & venditorem pro rata temporis dividi æquum
est, Fach. 2. cont. 6. Treut. i. diff. 28. th. 10. lit. c. Hoc quoq; pactum
transit in heredes, per not. Geil. 2. obs. n. 4. & 5. & extraneo cedi
potest, Tiraq. in tract. de retract. lign. §. 26. gl. 3. licet rem ipsam
non afficiat, sed tantum obligationem personalem contra
primum emptorem suppeditet l. 2. C. de pact. inter empt. Geil.
2. obs. 16. Myns. 6. obs. 69. Albus. i. f. R. 32. Diff. Castr. in l. si cum
venderet. ff. de pignor. act. unde si ab emptore rursus sit ven-
dita, prior venditor à secundo emptore rem non vindicat, sed
datur ei tantum actio personalis adversus primum empto-
rem in id quod interest, arg. l. 4. ff. de leg. commiss. l. 16 ff. de
in diem addict. l. 7 §. 5. ff. de pact. Zaf. i. cons. 72. n. 23. Wes. cons.
39. nu. 6. Geil. 2. obs. 16. nu. 3. Myns. 6. observ. 69. Utrum verò
huic pacto 30. annis præscribatur, variant Dd? Negativa
verior, per rationes Geil. 2. obs. 18. Myns. 1. obs. 16. Robr. disput.
Justin. 9. coronid. 2. Diff. Ang. cons. 54. Felin. in rub. extr. de præ-
script. nu. 15. Roland. à Valle vol. 2. cons. 21.

THE



THESIS IIX.

Eo verò fine emptio venditio fit, ut necessariæ res inter homines communicentur, quâ postea perfectâ b omne commodum & incommodum rei venditæ ad emptorem spectat c, nec licitum est alterutri contrahentium à contractu recedere d, sed precium emptor e, rem venditor tradere cogitur f.

a) Et perpetuâ pecuniæ æstimatione difficultatibus permutationum subveniatur, l. i. in pr. ff. de contrab. empt. Wes. in parat. ff. eod. nu. 11. Unde monopolia rectè prohibentur in tit. C. de monopol. cum is, qui monopolium exercet, augendo precia rerum non solum suæ deserviat avaritiæ ac aliis noceat omnibus, verùm etiam tollat verùm permutationis & succeditis contract' emptionis & venditionis usum, Oldend. cl. 4. act. 1. p. 381. b) Perficitur autem emptio statim atque de precio convenit ac res certa est, Molin. in consuet. Parif. §. 3. gl. 10. n. 2. E. Cotbman. vol. i. cons. 4. n. 7. Quod si de rei qualitate aut quantitate nondum constet, imperfectus est contractus, veluti si vinum certo precio ad certam quantitatem ematur, non prius erit emptum, quam fuerit gustatum & admensum, Wes. in parat. ff. de peric. & commod. nu. 3. Quod quoque procedit de reliquis rebus, quæ numero, pondere, mensura constant, ut non aliter quam si ad pensa, admensa, ad numerata sint, perfecta sit emptio venditio, l. quod sapè. 35. §. in his. ff. de contrab. empt. in quibus omnibus consuetudo loci attendenda erit l. Imp. 71. ff. eod. c) §. cum autem Inst. de empt. & vend. l. 8. ff. de peric. & commod. l. i. C. eod. etiam si traditio nondum intervenierit. E. Cotb. d. loc. n. 5. & res casu fortuito perierit l. 5. C. d. t. Qui n. actionem habet ad rem petendam, is rem ipsam habere videtur l. is qui ff. de R. J. Proinde augmentum & accessio ad emptorem spectat §.. cum autem Inst. de empt. & vend.. Ergo & periculum seu interitus l. secundum naturam. ff. de R. J. Rober diff. Just. 17. th. 4. Dn. Ortolph. Fom. d. sp. Just. 22. th. iii. lit. a. Dn. Arum. Exerc. Justin. 14. th. 3..

Dn..



Dn. Petr. Theod. & Dd. communiter ad d. §. cum autem. Atque
hæc omnia ita se habent, si emptione venditione purè con-
tractâ per neutrum steterit, quo minus res interierit, alio-
quin utrius venditoris vel emptoris facto id contigerit, ejus
erit periculum, si utriusque, emptoris, nisi venditor dolus
adhibuerit. Julianus 13. §. in his ff. de act. empt. l. illud 17. ff. de
pericul. & commod. Ex pacto tamen speciali potest omne peri-
culum, etiam casus fortuiti, ad venditorem pertinere, l. qui
in venditione in pr. ff. d. t. qui non nisi ad custodiam tenetur,
qualem bonus vir & paterfam. suis rebus adhibere solet, §.
cum autem Inst. de empt. & vend. l. 5. §. 2. ff. commod. l. 23. ff. de
R. J. Oldendorp. d. loc. p. 400. Vult. 1. J. R. 35. nu. 72. d) Quia
ut ab una parte non perficitur, ita nec rescinditur, ne rescri-
pto quidem Principis l. 3. l. 4. l. ratas. C. de rescind. vend. l. 3. ff.
eod. etiam si altera pars in implendo contractu moram faciat
l. ea conditione. 14. C. d. t. l. incivile. C. de rei vind. l. 8. l. 9. C. de
vind. l. 8. l. 9. C. de contrah. empt. adeò etiam, ut nec jactura
arrharum emptionem perfectam annihilet l. 1. C. quand. licet
ab empt. reced. Don. 13. com. 1. & ibi Dn. Hillig. in not. lit. z. Wes.
in parat. ff. de contrah. empt. Dn. Arum. exerc. Justin. 14. tb. 9.
Dn. Pet. Theod. ad pr. Inst. de empt. & vend. Diff. Treutl. 1. diff.
28. tb. 8. lit. b. Althus. 1. J. R. 32. Myns. & Dd. communiter ad d.
pr. Inst. de empt. & vend. nisi res adhuc sit integra, hoc est, si
nondum res tradita aut precium numeratum sit, l. ab emtio-
ne 58. ff. de pact. l. 2. l. 3. ff. de resc. vend. l. si dolo. C. eod. l. 1. l. 2.
C. quand. licet ab emp. reced. l. Celsus 6. in fin. ff. de contrah. empt.
Vult. 1. J. R. 35. nu. 74. e) l. Julianus 13. §. offerri. 8. & ibi Co-
stal. ff. de empt. l. ult. ff. de condit. caus. dat. l. 1. ff. derer. per-
mut. cum sit generis debitor, nisi fidem venditor de eo ha-
beat, l. ut res 53. ff. de contrah. empt. l. procuratoris. §. pen. ff. de
tribut. act. §. venditæ. Inst. de rer. div. Althus. 1. J. R. 32. Wes. in
parat. ff. de contrah. empt. n. 12. f) & quidem præcisè, ita ut
præstanto interesse non liberetur, modò tradendi faculta-
tem habeat, l. 11. §. 2. l. 30. ff. de act. empt. Oldend. d. loc. p. 383.
Treutl. 1. diff. 28. tb. 2. lit. c. Först. r. 1. diff. Justin. 18. thes. 3. Dn.
Arum. exerc. Just. 14. tb. 2. Dn. Rum. 10. qq. jurid. 9. Diff. Vaud.
lib.

lib. i. quest. 9. Fachin. 2. contr. 30. Gæd. de contrah. & com. stip.
c. 9. conclus. 4. nu. 65. & seqq.

THE S I S IX.

Denique ex hoc contractu nascitur actio empti
& venditi a: Illa est, qua emptore ejusvè heres ad-
versus venditorem ejusque heredem soluto precio
b ad rem venditam, ejusque possessionem vacuam
c, unà cum fructibus & accessionibus, à tempore
contractus perceptis d, sibi tradendam, aut si
malit, ad interesse præstandum experitetur e: Hæc
est, quâ venditor ejusvè heres f adversus emptorem
eiusvè heredes ad premium rei emptæ unà cum usuris,
nec non ad omne, quod ei præstari oportet g, conse-
quendum experitetur.

a) Utraque civilis l. proinde 13. ff. de ædilit. edict. bonæ si-
dei l. ex empto. 11. ff. de act. empt. §. actionum. 28. Inst. de act. per-
petua, Dd. in l. 2. C. de pact. inter empt. l. 3. C. de prescript. 30. an-
nor. Et actio ex empto tres alias actiones complectitur, actio-
nem de evictione, quâ emptor experitetur adversus vendito-
rem, si non fuerit dominus rei venditæ, & res evincatur:
actionem redhibitoriam, quâ emptor agit ad rescindendum
contractum, si vendita sit res habens vitium latens: actio-
nem prescriptis verbis, si venditor pacta adjecta emptioni
non servarit, nec placitis paruerit, quo casu emptor habe-
adversus venditorem actionem prescriptis verbis ad imple-
tionem pactorum, Myns. ad §. premium autem. nu. 8 Inst. de
empt. & vend. b) et si venditor id non petierit, arg. l. 13. §. 6.
ff. de act. empt. l. 8. C. eod. Generaliter enim hic verum est,
cum primum implere debere ex sua parte contractum, qui
primum agere intendit l. quod vendidi 19. ff. de contrah. empt.
Wes. in parat. ff. de act. empt. n. 6. Cujac. 23. obs. 15. Althus. 1. J.

R. 32. Precium autem integrum solutum aut oblatum esse
requiritur, adeò ut si unus nummus deficiat, actor depelli
possit exceptione precii non soluti, nisi fides habita sit de
precio l. Julianus 13. §. afferr. 8. ff. de act. empt. c) l. 2. §. 1. &
ibi Bart. & Costal. l. 3. §. 2. ff. d. t. l. 8. C. d. t. l. 78. §. 1. ff. de con-
trab. empt. l. 12. C. de probat. Mynsing. 1. obs. 53. d) d. l. Julianus
13. §. 10. l. pen. C. de act. empt. Geil. de pignorat. obs. 15. e) In
arbitrio siquidem emptoris positum est, utrum ad rem, an
ad interesse agere velit, idque tam contra ipsum vendito-
rem, quam contra heredem ipsius, arg. l. 14. C. de donat. l. 49.
ff. de O. & A. Jure tamen Sax. si venditor ante traditionem
moriatur, heres ejus præcisè ad rem tradendam non tene-
tur, sed reddendo precium & solvendo interesse liberatur,
art. 9. lib. 1. & Andr. Reinh. lib. 2. p. 1. diff. 13. Coler. dec. 8. nu. 5. &
duob. seqq. ubi tamen in fine putant, hoc accipendum de eo casu,
quo heres venditoris facultatem tradendi non habet, atq; ita nul-
la esset differentia. Solent autem illis in locis, ubi Jus Sax. vi-
get, cauti emptores curare, ut tempore venditionis filius vel
heres simul renunciet juri suo, & de non contraveniendo
contractui semel perfecto caveat, Treutl. 1. diff. 28. tb. 11. lit. f.
f) Modò is prius mercem seu rem venditam, si corporalis sit,
emptori reo tradiderit l. qui pendente. 25. ff. de act. empt. Si
vero incorporalis sit, eandem cesserit, l. 3. §. 2. ff. eod. alio-
quin ab hac actione venditor exceptione rei venditæ & non
traditæ aut non cessæ repellitur, donec plenè rem tradata aut
cedat d. l. qui pendente. 25. quâ traditione, si ipse fuit domi-
nus, dominium in emptorem, si non dominus, usucapiendi
duntaxat potestatem transfert cum evictionis cautione, quæ
loco dominii securum reddit emptorem l. ex empte. ii. ff. d. t.
Wes. in parat. ff. d. t. n. 4. in fin. g) l. initio 5. C. de paet. intr. empe-
l. evictis 18. §. fin. ff. de usur. l. Julianus 13. §. 20. ff. de act. empt.
Myns. 4. obs. 65. Oldendorp. class. 4. act. 1. p. 385. Hinc quæsi-
tum est, cum statuto sive jure provinciali Sax. non valeat
hypotheca immobilium, extrajudicialiter facta, si venditor
fundi vel alterius rei immobilis acceptâ parte precii, donec
residuum solvatur, in instrumento venditionis sibi expressè
reservaverit hypothecam in se vendita, an ea valeat omissâ
solenniâ

solennitate judiciali, ita ut præferatur aliis creditoribus, qui
posteriorem hypothecam judicialem sunt consecuti? Neg.
Müller. 1. semestr. 4. Treutl. 1. disp. 28. tb. 11. lit. g.

Ad Politissimum Dn. RESPONDENTEM.

Quod, prosperantis sortis aëtus alite,
Nec invidendâ Palladis
Correptus aurâ, non superba Cypridos
Bacchiique curas Numinis,
Sed, destitutas æquitate Judicis
Quæ dereliquit antea
Terras, laboriosus Astræam colis,
Ac juris Architectonas;
Et nocte, silvis quando bestiæ latent
Formidolosæ, languidæ
Dulci sopore, cumque Phœbus sidera,
Veniens Eoô littore,
Fugat, revolvis omne jus Quiritium
Decemvirale, maximis
Sudoribus; nuperque præsidio Ducis,
Instar periti Scævolæ,
Edifferentis EMMERICI Cæsarum
Leges, Respondentis vices
Studiõ laboriosiore sustines,
Et explicas contractuum
Insigne membrum, quidque legis æquitas,
Vel Gentium jus suadeat,

Vel

*Vel longa consuetudo, quæ regis vicem,
Et imperantis obtinet;
Perenni-pulchrum Corculum Novensilum
Sororum, & ipsius Dices
O & meorum prima pars sodalium,
HELMSTORFI, amice candide:
Inusitatâ non Camœnâ prosequar,
Praeconiumque ad ætherem
Imbellis eruditionis conscius
Gratis Jambis efferam.
Quin perge perge, & liberali vindica
Manu Dicen, nostro ordini
Deam dicatam; nec tremiscas lividas,
Et sæculi malas aves,
Quas imperita tollit indignatio
In proximum cælo genus:
Adoreaq; laudis, atque gloriæ,
Et præmiorum nobilem,
Non impotens oblivio Te proteret,
Quin & loquentur posteri,
Quorum superbis additus præconius;
Illustre lucebis jubar.*

David Breithaupt Crucisburgo-
Thuringus.

FINIS.



ULB Halle
005 132 614

3



WMA

Farbkarte #13



B.I.G.

IONE TIONE

ATIO,

M

obilissimi ac Amplissimi
per. ac Illustri Salanâ,

I D E

COPPEFFERFORN YRIGETA,

ctioni subjiciet

ELM STORFFIUS,
HURINGUS.

& loco destinatis.



NÆ

GRAPH. JOHANNIS
ANNI,

1618.

9.

19